



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

156. fer. 3. Quomodo petendum sit, & quid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

272 *Feria 3. Dom. 5. post Pascha.*

scorpionis aculeus venenatus retro timendus est. Contrarium Spei est retro respicere: Spes enim in illa, quæ ante sunt, se extendit.

Conf. 3. Quomodo per Panem Dominus intelligat Charitatem, sine qua cætera nihil sunt, ut sine Pane mensa inops: per lapidem autem cordis duritiam indicari. Petam à SS. Trinitate liberari a serpente, scorpione, & lapide, & frui Fide, Spe, & Charitate.

MEDITATIO CLVI.

Fer. 3. Domin. 5. post Pascha.

Quomodo petendum sit, & quid.

Videbo tot petentes, & tam multos non impetrantes, respondente Jacobo c. 4. *Petitū, & non accipitis, ed, quidd malè petitis.* Petam intelligere quid, & quomodo orare debeam.

Conf. 1. Quomodo nos omnium simus pauperrimi homines, quia natura providit brutis victum, vestitum, arma, stabula, quietem, quorum nihil homini datum: Et è contrario, quomodo simus omnium divitissimi, quia quidquid petierimus, nobis promittit **DEVS.**

Conf. 2. Quidnam petendum sit: ad quod respondet Aug. hic docens, quomodo orandum, ut gaudium nostrum impleatur: *Plenum, inquit, erit gaudium, quando tantum erit,*

Feria 3. Dom. 5. post Pascha. 273

erit, ut ei non sit aliquid addendum. Quidquid
petitur ad hoc gaudium consequendum pertinens,
hoc in Christi nomine petendum, quidquid au-
tem aliud petitur, nihil petitur: Quia in tanta
rei comparatione nihil est. Ita August. in cap.
16. Joann.

Cons. 3. Ad tria reduci posse, quæcunque
petuntur. 1. Est nihil, id est, peccaminosa, &
hæc petere non licet. 2. Quæ ad gratiam, &
gloriam pertinent, & hæc unicè & absolutè
petenda. 3. Indifferentia: & hæc sub condi-
tione petenda: quia nescimus, quid nobis
expediat. Non impetrant aliqui, quia non pe-
tunt expedientia, vel quia indigni sunt, vel quia
pro indignis, inquit Chrysost. iterabo petitio-
nem Christi ad Patrem, Joan. 17. ut non
sim de hoc mundo, ut server à malo, ut san-
ctificer in veritate, ut unum sim cum Deo
per gratiam, ut consummer in unum pes
gloriam.

MEDITATIO CLVII.

Feria 4. Domin. 5. post Pascha.

Supplex libellus ad Christum.

Audiam Dominum orantem pro suis, ut
unum sint Fide, Charitate, Pace, Ser-
mone, Sæctitate, bonâ Voluntate, ita Interline:
in c. 17. Joan. Nil ditius bonâ voluntate, ait
Guarricus Serm. 4. Nat. D. Petam intelligere,

M s

quomodo